MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS III)
Klosterneuburg, Anfang 14. Jh. Seite 89r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



illa et congratulabantur ei.
In ortu uisti gratia secutus uir-
tutis exultatione uicinorum
prefigurante signatur. Et
factum in die octauo: uenerunt
circumcidere puerum. et uoca-
bant eum nomine patris sui
zachariam. Et respondens
mater eius dixit. Nequa-
quam: sed uocabitur iohannes.
Non ignorabat mater fi-
lii uocabulum. que iam prophe-
tauerat conceptum esse xpm.
Sciuit enim spiritu prophetie
de nomine imponendo. quod
non dicerat a marito ut
pote muto. cui ab angelo pre-
nunciatum fuerat. Et dixerunt
ad illam. quia nemo est in
cognatione tua: qui uocetur
hoc nomine. Innuebant autem
patri eius: quem uellet
uocari eum. Et postulans
pugillarem scripsit dicens. Io-
hannes est nomen eius. Ac si di-
ceret. Non nos hoc ei nomen
imponimus. sed adeo iam est
impositum. Hoc enim nomen non

est generis. sed uatis. Et mi-
rati sunt de conuenientia in-
ter patrem et matrem. Qui pa-
rerum nomine patris magis quam
iohannem uocandum decerne-
bant. eos figurant: qui domino
noue gratie munera declaran-
te. cupierunt eum potius con-
sueta ueteris sacerdotii edic-
ta predicare. Unde et be-
ne zacharias memoria do-
mini interpretatur quia memo-
riam antique obseruationis
a domino date figurat. Pu-
gillaris appellatur uel gra-
phius uel tabella. que pugno
potest includi. Apertum est autem
illico os eius. et loquebatur
benedicens deum. Et factus est
timor super omnes uicinos
eorum. Soluit fides linguam
quam incredulitas ligauerat.
Allegorice iohannes cele-
brata natiuitas. gratia noui
testamenti est inchoata sub
limitas. Vocabulum iohan-
nis. hoc est gratie dei. mater uer-
bis. pater litteris intimant.